

Band VIII., Nr. 2777, Seite 100-102

Dekan Richard von Wimpfen macht ein Testament zu Gunsten einer Reihe von Klöstern und Kirchen, sowie seiner Verwandten und Diener.

Ohne Ortsangabe, 1278. März 30.

+ In nomine domini. Amen. + Ego Richardus decanus in Winpina agens in extremis meam condens ultimam voluntatem in remedium anime mee dari volo seu do ad fabricam Winpinensis ecclesie carratam vini et X maltera siliginis X spelte et X avene, item fratribus Predicatoribus ad suam fabricam karratam vini et X maltera spelte, item fratri Johanni lectori et fratri Wezeloni ordinis Predicatorum VI libras, fratribus Minoribus in Heilprunne dimidiam karratam vini et VI maltera spelte, item ad fabricam ecclesie in Heilprunne X solidos, item ad hospitale in Winpina dimidiam karratam vini, item ad parochiam XV solidos, item dominabus in Zimmeren duo iugera, quod vulgo dicitur zweene morgen, in Veteri Monte¹ sita illa condicione, quod si de aliis vineis moveant questionem, dicta donatio sit cassa irrita et inanis et ad alias vineas dicta iugera revertantur. Item in Liethensterne do lego II maltera siliginis II spelte et II avene, item illis in Seligental II maltera siliginis II avene et II spelte, item in Bullenkain X maltera, III siliginis III spelte et III avene. Item in anniversario meo singulis annis libram presentibus canonicis dari volo, item ad lumen ecclesie concinnandum² I libram. Item II lumina seu duas lampadas de rebus domine Reinlindis³ fieri volo committens exsecutoribus presentis eulogii, ut ad hec redditus deputent de bonis meis, prout viderint expedire. Item Johanni cellerario meo ob servitium mihi inpensum dari volo vestem meam blavei coloris, item Heinricho quondam cellerario meo vestem meam albi coloris committens, ut ei de frumento addatur secundum discretionem exsecutorum infra positorum. Item illis in Lobenvelt III maltera de frumento, quod nunc est in Risolfhein. Item Richardo et Richardo⁴ iunioribus et Waltero meis consanguineis do in communi seu pro equa portione vineas in Bûche et meos reditus in Gartach⁵ hac condicione, ut libere post mortem cuiuslibet horum sua portio redeat ad ecclesiam Winpinensem⁶ secundum suum consilium in divinum obsequium deputanda. Item

¹Altenberg, Anhöhe bei Bad Wimpfen.

²Verschrieben *concinnandum*.

³Desgl. *Reinlindis*. Das *m* durch untergesetzten Punkt getilgt.

⁴*et Richardo* ist über der Zeile nachgetragen.

⁵Großgartach, Kleingartach und Neckargartach.

⁶Hier ist *t̄oderetwashnlichesgestrichen*.

II

Wilhelmo meo cognato do, quicquid iuris habeo in Risolfhein et karratam vini mediocris. Volo etiam et dispono, ut de possessionibus meis in Grunbüch, ad quemcumque pervenerint, V libre dentur singulis annis pro mandato⁷ in Winpinensi ecclesia peragendo. De reliquis vero bonis seu possessionibus meis, quocumque nomine nuncupentur vel ubicumque site fuerint, ordino⁸ et dispono, ut ex eis una vel plures fiant prebende in ecclesia Winpinensi, que bone vite sacerdotibus dentur, ut ibidem perpetuo domino famulentur. Qui etiam quamdiu boni sunt vel bonus est, pacifice et quiete possideat vel possideant prebendam vel prebendas antedictam vel antedictas, quod si eorum fama per bonos et honestos maculetur, ipso iure vacet vel vacent prebenda vel prebende aliis⁹ bone vite per decanum et capitulum libere conferende. Huius mei eulogii seu ultime voluntatis testes ad hoc vocati: viri religiosi frater Johannes lector et frater Wezelo ordinis fratrum Predicatorum, dominus Cünradus dictus de Kornhuse canonicus Wormatiensis, dominus Th. de Turri, dominus H. de Grishein, dominus Ūlricus de Grishein, dominus Wezelo et Richardus canonici ecclesie Winpinensis et quidam alii, ex hiis exsecutores eligens huius¹⁰ mee ultime voluntatis¹¹ dominos Th. de Turri et Heinricum de Kyrchhart¹² et Ūlricum de Grishein et Wecelonem canonicos ecclesie Winpinensis et viros religiosos fratrem Johannem lectorem et fratrem Wezelonem fratres¹³ ordinis Predicatorum, eorum fidei committens, ut antedicta fideliter exsequantur et creditoribus meis vel, si qui apparuerint a me iniuriose lesi vel dampnificati in rebus, eis satisfaciant de meis bonis mobilibus et immobilibus nec ad predictarum prebendarum factionem procedant, quoadusque antedictis fuerit satisfactum. Do etiam antedictis exsecutoribus meis potestatem in ius vocandi ac petendi michi debita, undecumque et qualitercumque fuerint contracta. In huius mee voluntatis robur et tutamen presens eulogium meo sigillo proprio et sigillo testium antedictorum volui consignari. Nos vero testes ad hoc vocati antedictis singulis et universis interfuimus testatore R[ichardo] decano sano consilio et sana mente singula disponente. Nos vero testes frater Johannes lector et frater Wezelo ordinis fratrum Predicatorum, Th. de Turri¹⁴ et H(einricus) Kirhart et Ūlricus de Grishein et Wezelo et R(ichardus)

⁷Nach diesem Wort ist *singulis annis* wiederholt, dahinter steht *in die cene*, ist aber gestrichen.

⁸Vor diesem Wort ist *od* gestrichen.

⁹Vor diesem Wort ist *et* ausradiert.

¹⁰*huius* ist über der Zeile nachgetragen.

¹¹Verschr. *volutatis*.

¹²Dieser Name, der in der Reihe der Zeugen nicht vorkommt, steht hier von anderer übrigens gleichzeitiger Hand mit anderer Tinte geschrieben, auf Rasur. Vielleicht ist dieselbe Persönlichkeit gemeint, die vorher H. de Grishein heißt.

¹³Verschrieben *ftris* mit Korrektur am letzten Buchstaben.

¹⁴Unermittelt.

III

canonici Winpinenses sigillo ecclesie Winpinensis et sigillo fratrum Predicatorum in Wimpina usi sumus¹⁵ in dictorum attestationem perpetuum robur et munimen.

 Acta sunt anno domini MCCLXXVIII., feria quarta post Letare, presentibus testibus prenotatis.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Vom 1. und 3. Siegel nur noch die Pergamentriemchen, vom 2. ein Bruchstück: ein Geistlicher, in der Rechten einen Kelch haltend.

¹⁵Diese 2 Worte stehen über der Zeile mit anderer Tinte gleichfalls von anderer gleichzeitiger Hand.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Darmstadt

Signatur/Titel des Originals:

A 1 Nr. 241/5

Überlieferung und Textkritik:

Original. Papierabschrift: HStA Stuttgart A 136 Bü 17.

Editionen:

LUDWIG BAUR: Hessische Urkunden, aus dem grossherzoglich hessischen Haus- und Staatsarchive, 3 Bde., Darmstadt 1860-63, Bd. 1, S. 113, Nr. 159 (aus einem Kopialbuch des StA Darmstadt, unvollständig) und S. 875, Nr. 1298 (mangelhaft nach dem Original).

Regesten:

Württembergische Geschichtsquellen, Bd. 5, S. 6, Nr. 27.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Billigheim Wohnplatz (5975)
 Billigheim, MOS
 Buchhof Wohnplatz (2562)
 Buchhof, Öhringen, KÜN
 Frauenzimmern Wohnplatz (1956)
 Frauenzimmern, Güglingen, HN
 Grombach Wohnplatz (1816)
 Grombach, Bad Rappenau, HN
 Großgartach Wohnplatz (2040)
 Großgartach, Leingarten, HN
 Heilbronn Wohnplatz (1773)
 Heilbronn, HN
 Kirchartt Wohnplatz (2020)
 Kirchartt, HN
 Kleingartach Wohnplatz (1923)
 Kleingartach, Eppingen, HN
 Kornhuse
 Lichtenstern Wohnplatz (2063)
 Lichtenstern, Löwenstein, HN
 Lobenfeld Wohnplatz (6663)

Lobenfeld, Lobbach, HD
 Neckargartach Wohnplatz (1780)
 Neckargartach, Heilbronn, HN
 Obergriesheim Wohnplatz (1980)
 Obergriesheim, Gundelsheim, HN
 Reilsheim Wohnplatz (6269)
 Reilsheim, Bammental, HD
 Seligental Wohnplatz (6155)
 Seligental, Osterburken, MOS
 Turri
 Untergriesheim Wohnplatz (1802)
 Untergriesheim, Bad Friedrichshall, HN
 Wimpfen am Berg Wohnplatz (1852)
 Wimpfen am Berg, Bad Wimpfen, HN
 Wimpfen im Tal Wohnplatz (1853)
 Wimpfen im Tal, Bad Wimpfen, HN
 Worms, WO